1

1-361-19

Estado de Illa, y Canet.

Leg. H. N. 27 A

Fha. 17 de Nov.e de 1470.

Testam.to

de D.n Galzeran Galzeran de Pinòs, S.or de Fenollet, de las Baronias de Pinòs, de Mataplana, la Portella, Luzano, Paguera, Valldetorres, Gardiola; Vizconde de Illa, y Canet: por el qual manda le entierren en S.n Estevan de Bagàs, donde yazen su Padre, y Abuelo. Instituye por su universal heredera à D.a Juana de Alagon su Muger, hija de D.n Artal S.or de Pina. Manda se funde en S.ta Eulalia de Pironella una Missa cotidiana por su Alma, y de los suios: para lo qual deja 50 flor.s de renta sobre los Molinos de Bagà: deja diferentes Legados à dos hijos bastardos, y para despues de la Vida de su Muger instituye por su universal heredero à D.n Phelipe de Sò, y de Castro, hijo de D.n Guillen Ramon de Sò, Vizconde de Evol, con la condicion de haver de casar con una hermana de dhâ su Muger, y llevar nombre, y Armas de Pinòs: Hecho en Puigcerdà ante Juan Mayans Notario à 17

GOBIERNO DE ARAGON

de Nov.e de 1470.

Baron.as de Pin.s t

Canet

Leg. 11. N. 27-A

Fha. 17 de D.bre 1470.

10

Testam.t de

d.n Galz.n Galzeran de Pinos, y Mur (herm.no de d.n Fran.co de q.n procede el Duque mi s.or) por el q.l dexa heredera, durante su vida à d.a Juana de Alagon su Muger, queriendo, que despues subcediesse d.n Phelipe de Castro su sobrino, con la condicion de haver de Casar con hermana de d.ha d.a Juana, lo que no pudo ni devio hazer.

No pudo violentar, la voluntad, ni libertad del heredero escrito, ni menos devió disponer de Bienes que Posehia heredados p.r Vinculos de sus Padres, y Abuelos, como re-

GOBIERNO DE ARAGON

resulta de los Capitulos Matrim.^s

Testam.^to de d.^n Bernardo el antiguo

Y consta del Proceso, que pende en

la R.^l Aud.^a de Barcelona, entre

la Casa de V. E. y la de Alva, la q.^l

retiene sin titulo legitimo, todas las

Baronias de Pinos q.^e suman 108.

Pueblos, siendo assi que la Casa

de V. E. viene y desciende de d.^n Fran.^co

de Pinos hermano legitimo del dho

d.^n Galz.^r Gr.^n e hijo de d.^n Bernardo el

Cavallero, como consta del Sumario

del dho Proceso q.^e en 1663. pendia

en Barna. siendo Relator d.^n Juan

Baut.^ta Pastor, y Not.^o Fran.^co Pueyo.

Leg. 11. N. 27 A

FERDINANDUS VI D.G. HISPANIAR. REX

Ciento y treinta y seis maravedis.

SELLO SEGUNDO, CIENTO Y TREINTA Y SEIS MARAVEDIS, AÑO DE MIL SETECIENTOS Y CINQUENTA Y CINCO.

testamento de Dn Galceran Galceran de Castro i de Pinos 2 x.e 1560

Canet

13 7e 1470

Hoc est translatum bene et fideliter sumptum et translatum in Villa Podii Ceritani sub die secunda Mensis Decembris, anno a Nat. Dni millmo quingentesimo septo decimo sumptum a quadam notula ultimi testamenti Egregij Viri Domini Galcerandi Galcerandi de Pinorio Vicecomitis de Insula, et Domino Baroniarum de Pinorio ac recepti in posse Ven. et Di Joannis Meyans q. Not. publici dicto Podii Ceritani Villa, sub die decima septima Mensis Novembris anno a Nativitate Domini millmo quadringentesimo septuagesimo, cujus quidem notule thenor de verbo ad verbum thenor talis est. In Nomine Dni nri Jesuchristi, et Gloriosissime Virginis Marie ejus Matris, ac Sanctissime Individue Trinitatis Amen. Noverint Universi, Quod die et anno inferius proxime scriptis multum Egregius Dominus Galcerandus Galcerandus de Pinorio Dominus de Mongolleto, et Baroniarum de

6

Pinotio de Mataplana de la Portella, de Lhussano, de Zavadia, Valle de Rhocii, et de Gordiola, ac etiam Vicecomes de Inuula, et de Caneto, Existens personaliter intus hospitium habitationis Honor. et circunspecti Viri Domini Fran. Petri in Decretis Bacallarii Villa Podii Ceduani, Canonici Urgellensis Officialis Ceduaniae pro Honor. Capitulo Urgellense, Sede vacante, videlicet, in quadam Camera ejusdem, quae est versus vicum majorem vocatum de la Dula, quadam gravi sui Corporis infirmitate detentus, et jacens in lecto in suoque bono et integro sensu, plena memoria, perfectaque loquela, vocatus, et praesentibus, mi Nor. pub.co et testibus literatis infrascriptis dixit ore suo proprio asseruit, et proposuit, propter sui veterum arbitrii, suique Judiciorum Voluntatis, ac in scriptis, et sine nuncupatione testari velle, Qua propter Idem Egregius Galcerandus Galcerandus de Pinotio Vicecomes, qui supra ore dixit, testamentum de omnibus bonis, rebus et juribus suis, ex sui animi scientia atque proprio ore, et arbitrio dispositum, et ordinatum, quantum ad effectum et substantiam ipsius, cum proambolum, sive exordium, et alia qua ad ordinem et artem Offitij tabellionatus pertinent, mihi Nor. dicto remisserit

et manu propria mei dicti Notarii, ad sui instan-
tiam, et requisitionem scriptum, cum ipse, prop-
ter aegritudinem suam, manu sua scribere non
posset, in quadam seda, sive pagina, ac folio papi-
reo singula ex acta singulis ipsius conjuncta, videli-
cet inferius cum superiori, cum tribus filibus, sive cor-
dulis canapis, et in dextro et sinistro, in quolibet vide-
licet eorum cum duobus ex dictis similibus cordu-
lis, quolibet ipsorum habentibus unum foramen, pro-
ut ex aspectibus eorundem liquide apparebat clau-
sum et signatum, sicque interior littera, et series
dicti testamenti modo aliquo videri, seu legi non po-
terat, presentibus dictis, et subscriptis proximis testibus
in manibus suis tenens obtulit, et tradidit mihi
dicto Notario dicens, et expresse volens et praecipiens
illud, prout in dicta seda, sive pagina clausa con-
tinetur, et interius est scriptum, esse suum ultimum
testamentum, ex sui animi sciencia, et ex suo pro-
prio ore, et arbitrio dispositum, et ordinatum, ut pra-
fertur, et in eodem sibi haeredem universalem fecis-
se et instituisse Nobilem, et Egregiam Dominam
Joannam Sporem suam filiam Nobilis Domini

Attan. di Dalagó Dominí Villa de Pina Regní Aragonum, de suá vita tantum, et post suá vitam, Nobilem Filipum de So, et de Castro Vicecomitis de Evolo, sub tamen tali pacto et conditione quod dictus Nobilis Filipus haberet ducere in Uxorem suam, unam, ex Sororibus dicta Nobilis et Egregia Domina Ioanna Uxoris sua, et tenere, et assumere nomen, et arma de Pinorio, et non alias, quo valere voluit jure testamenti in scriptis, quo, nisi valeret jure dicti testamenti, saltem valere voluit jure codicillorum, vel alterius cujuslibet ultima Voluntatis, ac eo jure, quo magis, et melius valere posset, et plenam abinde roboris firmitatem rogans infrascriptos omnes ad testimonium ejusdem adhibitos testes etiam, et rogando mandans, ut unus quisque eorum, subscriptiones, et sigilla, sive eorum sculpturas in eodem ad unam ex dictis cordulis subiciant, et apponant, quod fuit actum in Podio aditano, videlicet in dicta Camera dicti hospitij dicti honorabilis Domini Francisci Petri, die octava hora post meridiem ipsius diei decima septima Mensis Novembris, anno à Nativitate Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo. Sig+num Galcerandi Galcerandi de Pinorio testatoris prædicti, qui dictum

ejus testamentum laudavit et firmavit, eâ à tes-
tibus subscriptis firmari, et eorum subscriptiones,
et sigilla subjici, et apponi rogavit, ut est dictum:
testes autem dicti clausi, et subscripti oblati testa-
menti à dicto testatore, et per eum vocati, et rogati
ut praefertur, fuerunt et sunt Mag.ci Viri Domi-
ni Fran.cus Desvall major, Fran.cus Desvall minor
dierum Milites Civitatis Bar.nae, Honor. Andreas
Quellar Consul anno praesenti, Fran.cus Petri Canoni-
cus Inseltonis Officialis Cervariae, Matheus de
Olms, Anthonius Mercader Mercatores Villae Ilice-
dani, Joannes de Nayant Barberius Civitatis
Majoricarum, et Ego Joannes Mayans Not. infrus,
qui hoc requisitus, rogatus recepi, post hoc ibidem
et incontinenti, ac uno contextu, omnes dicti testes,
et unusquisque ipsorum, antequam aliquis eorum in-
de recederent, ipsique, ac me dicto Not. ad omnia,
et singula in utraq.e parte dicto pagine spatio fac-
ta contenta et scripta insimul praesentibus et rogatis
in ipsa pagina ejusdem Egregii Galcerandi Galceran-
di de Pinos Vicecomitis praedicti, testamento suo,
mandato eorum, propria manu, una mecum dicto No-
tario, in testimonium se subscripserunt, et quisque

eorum proprium, et alterius sigillum, seu sculpturam quo-
dem certioratum de diversarum forma et figura, ut prima
facie apparebat ad unam ex dictis cordulis apendicio im-
pressam apposuerunt, quibus itaque septem sigillis seu
eorum sculptura appensis, et octo subscriptionibus appositis,
omnibusque aliis hic, ut praefertur rite, et ordinate perfectis,
dictus Egregius Galcerandus Galcerandi de Pinorio testator
dictum ejus testamentum, sic clausum, ligatum et sigilla-
tum deposuit et tutius remanere et detinere voluit per me
dictum Notarium, post ejus obitum legitime proferendum, ap-
periendum, describendum, et exequendum. Postmodum
vero die Lunae decima nona Mensis Novembris, et anni
praedictorum, coram Honorabili et provido Viro Domino Thoma
de Mansó Andrea in Decretis Licentiato Judice Ordinario
dictae Villae Podyceritani, et terrae Ceritaniae in quadam
Camera hospitii praedicti Anthonii Mercader personali-
ter existente, Comparuit dicta Nobilis et Egregia Domi-
na Joanna Ivon relicta dicti Egregii Domini Vice Comitis
heres praefati Egregii Domini Vicecomitis, ut dixit, qui
pridem dies suos clauserat extremos, et nomine ac
pro interesse suo, vocatisque, et praesentibus me dicto
Notario, ac testibus, et personis infrascriptis ad hoc specialiter
adhibitis, et rogatis, petiit, et requisivit dictum testamen-

tum per me dictum Not.m, ut praefertur recep-
tum exhibui, et aperui, asserens et promittens ejus
bona fide coram dicto Honor.l Domino Judice, et
ad ipsius vero jure............id vero calumpniose non pe-
tere, quibus requisitione, et instantia, et alijs praedic-
tis inde auditis, vocatisque primiu, ut decet per dic-
tum Honor.l D.num Judicem, et convenientibus testib.s
signatoribus omnibus superius nominatis, dictoque tes-
tamento, seu pagina scripturae ejusdem clausa et li-
gata, et ab eis sigillata per me dictum Not.m, co-
ram eisdem dicto Honor.l Domino Judice exhibita, dic-
tisque sigillis, sive eorum sculpturis, subscriptionibus
per eosdem ibidem et eodem instanti in praesentia
ejusdem Honor.l Domini Judicis, ac de ejus mandato
et ordinatione ad oculum visis, et recognitis, ipsisque
testibus referendo dicentibus et asserentibus dicta
sigilla, sive sculpturas, et subscriptiones suas fore,
dictus vero Honor.l Dominus Judex incontinenti
mandavit, dictum testamentum, seu ejus paginam,
et scripturam, sic clausam, et ligatam per me dictum
Not.m aperiri et publice legi et recitari, ipsiusque obser-
vata hujus insinuationis, et aliorum praedictorum so-
lemnitate exemplari heredibus, ac alijs, quorum

interessit, et interexit exhibere per me dictum Not.m, quo mandato et omnibus aliis praedictis attentis praesentibus et sequutis Ego dictus Not.s incontinenti ibidem in praesentia dicti honor.li Domini Judicis, et omnium aliorum praedictorum processit ad aperiendum dictum testamentum, seu paginam et scripturam ejusdem, et demum ipso aperto et disclauso ad lecturam et recitationem ejusdem, quod visum et repertum fuit esse thenoris, et ordinationis sequentis. Quoniam terram terra tenet retinent Celestia Celi, et humana natura terrestrium consortio sit conjuncta et ab ipsa habent, et habet initium, et necessario apponet ad ipsa dirigere egressus suos, juxta Laudabilia Sanctae Matris Ecclesiae Statatuta, quae in prima die Mercurii Sanctae quadragessimae manifeste panduntur, cujus unius memorialiter cuilibet exhibeatur Christiano naturae debitum solutionis memoriae reducendo [illegible] videlicet mortis nexum, cujus nescitur dies, neque hora, et nulli patet homini terrae proditus, et nemo est, qui Judicium effugere valeat Divinum, et interest sapientis novissima considerare. Idcirco, in Christi Nomine, et Beatissimae Virginis Mariae ejus Matris amen. Nos Galcerandus Galcerandi de Pinnotio Dominus de Fenollet, ac etiam Baroniarum de Pino

tro de Mataplana, de Llussano, de Laguera, Valle de Torri, et de Gardiola necnon Vicecomes de Insula, et de Caneto, Scientes tanquam habentes, et obtinentes humana natura, et anima satis fragilia, sicut cæteri homines, seu cetera, qui, et quæ mundiali fragilitati, et egritudini sunt adeo quod moriri oportere, et agnitio temporis sit nobis confusa. Volentes tamen, dum tempus adest nobis, de bonis nostris ordinare, ne propterea inter nobis, de bonis nostris succedere nobis debentes, dissentiones, et discordiæ causæ oriantur, quin totaliter præcludatur, et post nostrum obitum anima nostra requiescere valeat, et Paradisi æternam Gloriam consequi, licet sumus æger, tamen in nostro bono, et integro sensu, plena memoria, perfectaque loquela hoc nostrum facimus de bonis nostris ultimum testamentum ordinando super eisdem, et disponendo nostram ultimam Voluntatem in quo quidem nostro Testamento Constituhimus, et eligimus Manumissores nostros, et hujus nostræ ultimæ Voluntatis Exequutores Nobilem Joannam Uxorem nostram, et Consules Villarum nostrarum de Bagano Populo de Lilleto et de Gironella, qui nunc sunt, et pro tempore fuerint, Volumus tamen, quod dicta Nobilis Uxor nostra possit etiam ad

omnimodas suas voluntates dicta manumissoria, una cum uno dictorum Consulum tantum, videlicet, cum illo, cum quo ipsa voluerit uti dicta manumissoria, quibus quidem Manumissoribus nostris Donamus, Conferimus, et attribuimus plenum posse, licentiam et liberam potestatem accipiendi et occupandi tot, et tanta, de bonis nostris, quae sufficiant ad solvendum et complendum subscripta Legata nostra et manumissionem nostram, pro ut inferius scriptum invenerint, ac etiam ordinatum, sine tamen dampno et missione eorundem. Sequentes vero Eligimus sepulturam Corpori nostro in Ecclesia Sancti Stephani dictae Villae nostrae de Bagano in tumulo Egregiorum Patris, et Avi nostrorum, dimissis omnibus solemnitatibus, et pompis, ac bandeja dictis Praedecessoribus nostris, et similibus fieri debitis et solitis, Volentes sepelliri dumtaxat simpliciter, et de plano. Item Confitemur, et Recognoscimus dictae Nobili Joannae Uxori nostrae filiae Nobilis Domini Artalis Dalagó Domini Villae de Pina Regni Aragonum nos habuisse, et recepisse ab ipsa, seu à dicto Nobili ejus Patre pro Dote sua, et nomine Dotis suae sexaginta mille solidos monetae Aragonum tempore nuptiarum nostri, et sui, pro ut in Instrumentis nupcialibus

bus inter nos et ipsam factis, ad quae nos referimus
contineatur, quos quidem sexaginta mille solidos sibi
dari, et restitui volumus, et jubemus de bonis nos-
tris. Item Legamus dicte Nobili Uxori nostre filiae
prenominatae Nobilis Artalis Dalagó, ultra dictam do-
tem, de bonis nostris tres mille florenos auri boni au-
ri, et recipientis. Item etiam Legamus eidem Nobili
Uxori nostre omnia vestimenta Jocalia, et alia bona, et
ornamenta, quae ipsa in posse nostro portabit, et quae
etiam nos sibi dedimus et fecimus, volentes, et expres-
se ordinantes sibi integriter, et complete dari, et tor-
nari. Item dimitimus, et legamus dictam Nobilem
Uxorem nostram Dominam majorem, potentem,
et Usufructuariam Baroniarum nostrarum de Pi-
norio de Macaplana, de la Portella, de Llusona, de
Paguera, Vallis de Chosius, de Gordiola, cum omnibus
earum juribus, et pertinentiis, et cum omni Juris-
dictione alta et baxa et etiam cum omnibus Vassallis
earundem, prout, et quemadmodum illas tenet
hypotecatas pro Dote sua de tota sua vita, volentes,
et ordinantes, quod non teneatur dare computum,
nech rationem aliquam alicui de administratione

GOBIERNO DE ARAGON

per eam ac etiam receptis, imo volumus, et ordinamus
teneat, possideat, et fruatur illis ad omnes suas volunta-
tes faciendas, volentes inquam, et ordinantes, quod in-
continenti, post finem nostrum, omnes Villae, Castra, Loca, Pla-
teae et Vassalli nostra praestent homagia debita, et solita
dictae Sponsae nostrae, pro ut, et quemadmodum nobis, et nos-
tris praedecessoribus fuerunt praestita, et sunt solita praes-
tari per Vassallos Domino eorum naturali. Item Legat-
mus pro anima nostra omnes illos duodecim mille flo-
renos, quos habemus supra locum Albi in Cathalonia Princi-
patu, distribuendos pro anima nostra ad voluntatem, et
cognitionem dictorum nostrorum Manumissorum, in Mis-
sis, funerariis, Aniversariis, et aliis rebus piis amo-
re Dei. Item Legamus Joanni Llorens Portuguès Cen-
tum florenos auri. Item Legamus Jacobo Riem-
bau, alios centum florenos auri. Item Legamus Martino
Cou centum florenos auri. Item Legamus Joanni fer-
rer alios centum florenos auri. Item Legamus Joanni
de Torp domicello quinquaginta florenos auri. Item Le-
gamus Ecclesiae Sanctae Eulaliae Villae nostrae de Gironella,
pro una Missa quotidiana ad in perpetuum dicenda, et ce-
lebranda in dicta Ecclesia Sanctae Eulaliae, pro anima No-

bilis Fran.ci Galcerandi de Pinosio qd. Fratris nostri
quinquaginta florenos currentes rendales, et perpetua-
les, quos assignamus super multuris Molendinorum
nostrorum de Bagano. Item Legamus pro Centum Mis-
sis dicendis per unum annum, pro animabus Genito-
rum Parentum nostrorum, et dicti Fratris nostri, et alio-
rum fidelium defunctorum de genere nostro Centum flo-
renos auri, et quod fiant, dicantur, et celebrentur tot Mis-
sae, donech dicti centum floreni fuerint soluti, et
sufficiant, per totum unum annum. Item Legamus
apatuas quinquaginta florenos auri. Item Legamus
Luxanae, et Honorati domicellabus cum dicta Nobili Spo-
re nostra, ac etiam nobiscum commorantibus, utrique
eorum quinquaginta florenos auri. Item Legamus
Jaufredo Escutifero quinquaginta florenos auri. Item
Legamus Magistro Petro Mathei, Magistro in Artibus,
et in Medicina Bacallarij et Venerl. Raymundo Blanch
Cirurchijo Ilerditani, pro servitiis, quam nobis fece-
runt, et pro eorum laboribus, videlicet utrique eorum
quinquaginta florenos auri. Item Legamus cuili-
bet dictorum Manumissorum nostrorum pro labore
dicte nostre manumissoriae decem florenos.

18

Item Legamus Constantiæ Pedicesso nostro pro servitute, quam nobis fecit, decem florenos auri. Item Legamus Fran^co. Galcerandi de Pinotio filio nostro illegitimo, pro parte hæreditatis, et alio quocumq. jure sibi pertinenti in bonis nostris tres mille florenos currentes. Item Legamus Galcerando Galcerandi de Pinotio filio nostro illegitimo pro parte hæreditatis, et omni alio quocumq. jure sibi pertinenti in bonis nostris centum florenos auri Pendales reneris per omnibus bonis nostris tantum et tamdiu donech fuerio in etate habendi reddarus, et alia bona, pro sua vita sustinenda, et non amplius. Item Confitemur nos debere dicto Jacobo Riembau, ex una parte quadraginta duos florenos auri, et unum regale, et ex alia parte viginti octo libras, novem solidos, et quatuor denarios, quas quantitates sibi restitui jubemus de bonis nostris. Item Volumus, et jubemus, quod omnia debita, et pecuniarum quantitates, quas nos debemus quibusvis Personis, quibusvis causis, et quæ legitimè apparuerint per nos fore debendas, solvantur de bonis nostris integriter, et complete per nostram hæredem infram. Et quia Hæredis Institutio caput est, et fundamentum cujuslibet testamenti, Ideo, solutis, et completis prædictis in residuis aliis bonis nostris Mobilibus,

3

et immobilibus, ac juribus universis, quaecumque sint, et ubique dictam Nobilem Joannam Uxorem nostram nobis haeredem universalem facimus, et instituimus de ejus vita tantum, et post ejus vitam substituimus sibi, et nobis haeredem universalem facimus, et instituimus Nobilem Filipum de Sos, et de Castro Nepotem nostrum filium Egregii Domini Guillermi Raymundi de Sos, et de Castro Vicecomitis de Evolo, sub tamen tali pacto, et conditione, quod dictus Nobilis Filipus habeat ducere in Uxorem suam unam ex Sororibus dictae Nobilis Uxoris nostrae, et tenere, et assumere nomen, et arma de Pinosio, et non aliter, qui teneatur solvere, et complere omnia, et singula supradicta. Volumus tamen, et ordinamus, quod incontinenti, post nostrum obitum ac etiam mandamus omnes Villae, Loca, Castra, Plateae, terrae, et Vassalli nostri praestent homagia debita, et solita dictae Nobili Uxori, et haeredi nostrae, et post ejus vitam dicto Nobili Filipo de Sos et de Castro Nepoti, et Haeredi nostro praedicto, prout, et quemadmodum nobis, et nostris praedecessoribus fuerunt praestita, et sunt solita

praestari per Vassallos Domino eorum naturali. Et
hoc Volumus esse nostrum ultimum testamentum,
et nostram ultimam Voluntatem, quam Volumus va-
lere ut testamentum, quod nisi valeret ut testamentum,
saltem Valere Volumus jure Codicillorum, vel eo jure,
quo magis, et melius valere posit, sive poset volun-
tas cujuslibet ordinantis. Quod fuit actum, lectum, recita-
tum, et publicatum in Podiocedritano, videlicet in dicta
Camera Hospitij dicti Anthonij Mercader, coram dicto
Honor. Domino Judice, et praesentibus testibus supra-
tonibus superius nominatis, et praesentibus etiam Honor.
Joanne Solanell Locum thenente Viccarie Ceritanie,
et Bajuli Ville Podicedritani, Venerab. Guilermo Mo-
rer Praeposito Monasterij Beate Marie de Lillet,
Discretis Joanne Molner Pbro, Gabriele Muntaner
minore dierum Nob. Gabriele Mulnir Mercatore,
Petro Mulner Scriptore, Joanne Torrent Minore die-
rum fustero Podycedritani, et Berengario Fonoll
Apothecario Villa Bagani ad haec pro testibus
specialiter adhibitis, vocatis, et rogatis, ac me Joanne
Meyans Notario, pro, et in (?) qui ea requiritur legi

recitavi, publicavi, et recepi.

Sig+num mei Joannis Grex publici Villæ Podijcedi-
tani, et Cerdaniæ Notarij ad prædicta testis.

Sig+num Petri Joannis Gerau Regia, et Honorif. Con-
sulum Villæ Podijceditani, et Cerdaniæ auctoritati-
bus Notarij publ. dictæ Villæ huic exemplo testis.

Sig+num Guillermi Petri Maymer publici Villæ Po-
dijceditani, et Cerdaniæ Notarij auctoritate Honorif.
Consulum dictæ Villæ cui Regio Indultu attributa
regentis Libros notularum Instrumenta, Scripturas,
ac alia acta publica per dictum Joannem Meyans
quondam eadem auctoritate Notarium publicum dictæ Villæ
recepta ex speciali licentia, et commissione, per
jam dictos Honorif. Consules mihi concessa, qui hu-
jusmodi translatum, sumptum, et translatum
a notula ultimi testamenti Egregij Viri Domi-
ni Galcerandi Galcerandi de Pinoris, et de Verbo
ad verbum veridice comprobatum, et examinatum, una
cum prænominatis Connotarijs testibus præsens
interfui, eaque scripsi, et clausi, cum
rasis, et correctis, in lineis viginti tribus

22

ubi agitur apparendum, describendum, et exequendum, postmodum vero Fr. de la Portella Pr. corpore Fr. ... Ita approbat Sba Camara in fin manu propria.

Copia hujusmodi in his novem papyri foleis, primo Regii sigilli secundi comprehensis alieno calamo scripta sumpta, et extracta fuit ab originali processu causa vertentis in Regia Audientia, antiqua sub examine Magci. et D. C. R. Michaelis Joannis Pastor V. I. et dicta Regia Audtiae. Dni. per, et inter Dn. Galcerandum de Pinos, et de Fenollet ex una, et Illtrem. Domnam Guiomaram Manrique de Castro, et de Pinos ex altera partibus, et comprobata per Josephum Vinyals, et Cor. Nos. Loctenentem, et Regentem scripturas Petri Martyris Vila Nots. et dicta causa scriba, pro ut dictus Josephus Vinyals mihi fidem fecit; Et ut in judicio, et extra ab omnibus plena tribuatur fides Ego Jacobus Cos, et Romá Thenens Sba Camara in Civili dicta Regia Audientia hic me subscribo, et meum, quo utor die xxvi Mensis Februarii anni MDCCLV appono sig num.

Nos Scribae Camarae infrascripti Attestamur, indubiamque fidem facimus suprascriptum Jacobum Cos, et Romá de cujus manu, ...

cedens Copia est clausa esse Thenentem Scribae
Camarae in Civili dictae Regiae Audientiae fidelem,
et legalem, copijsque per eum clausis, tam in judi-
cio, quam extra, semper adhibitam fuisse, et hodie
adhiberi plenariam fidem; In cujus rei testimo-
nium presentes fieri jussimus: Dat. Bar-
chinonae die mense, et anno proxime dictis. &c.

Sig+num Mei Josephi Antonij Jusi then(en)ti(s) scribae Camarae in civili Regiae Aud(ienti)ae praed(ict)ae attestantis &c.

Sig+num mei thomae Casanova, et fore(?) thenentis Scribae Camarae in civili Regiae Aud(ienti)ae praedictae attestantis &c.